

## RÉSUMÉS

### Ljubo Karaman: Sur la succession de la construction de la cathédrale de Kotor

Dans cet article l'auteur précise certains détails du temps de la construction de la cathédrale de Kotor, et notamment: 1<sup>o</sup> il fixe l'époque de l'arc du ciboire de la sacristie de la cathédrale au début du IXe siècle au lieu du XIe siècle; 2<sup>o</sup> il attire l'attention sur le lien original des éléments byzantins et occidentaux dans le plan primaire de la cathédrale du XIIe siècle laquelle avait une coupole au milieu de la nef et, en outre, dans les nefs latérales, système dit lié de deux travées carrées par une travée carrée de la nef centrale; 3<sup>o</sup> il insiste sur le caractère roman de l'autel sous le grand ciboire en niant son caractère gothique; 4<sup>o</sup> il défend le point de vue que sur la façade de la cathédrale, à côté des parties restaurées à fond après le grand tremblement de terre en 1667, il y en a aussi des praties provenant de la reconstruction de la cathédrale de l'an 1600 environ, soit que les vieilles parties originaires aient été de nouveau employées soit qu'elles aient été refaites selon les formes et la conception d'autrefois (la grande rosace et la voûte du parvis et la corniche finale du clocher).

### Lovre Katić: Compendium historiae salonitanae a saec. VII usque XX. saec.

Salona ab Avaris circa annum 614. diruta in priorem statum non revertit. Croatae victis ac pulsis Avaris non in antiqua civitate sed extra moenia domicilia sua constituerunt.

Dyggye oppinatur primam sedem Croatas in Insula fluminis Jadri (vulgo Gospin Otok), per quam via a Tragurio Spalatum petebat, elegisse. Paulatim in tota vicinitate civitatis sua aedificia, monasteria atque ecclesias, erregerunt. In loco vulgo »Rižinice« vocato subtus castrum Clissae (Klis) circa medium saeculum nonum, Trpimir, qui se ipsum »Ducem Croatorum« nominabat vetus aliquod manasterium salonitanum adaptavit ibique »catervam fratrum« ordinis Sancti Benedicti posuit, ad id opus inductus a Godescalco (Gottschalk) monacho Saxone, quem, dux Trpimir ex Gallia et Italia expulsum in suum hospitium adduxerat.

Eodem ac sequenti saeculo iuxta fontem Jadri in loco »Majdan« dicto Croatae novas sedes condiderunt, quarum vestigia annis 1933 et 1938 intenta in utraque ripa fluminis reperiuntur. Isto modo novae notitiae de vita et moribus Croatarum illius temporis in lucem prodierunt.

Jam rura habebant, iam egregia opificum in auro et argento opera cognoscebant.

Monticulum vicinum sub hodierho nomine »Sutikva« (Sancta Tecla) ecclesiae antiquae memoriam retinet, sub qua rus medii aevi »Prosik« vocatum prope acquaeductum Diocletiani extitisse multa documenta declarant, aliquae quoque familiae ex illis temporibus originem ducentas, adhuc in vicinis ruribus resident.

Celeberrimum monumentum croaticae historiae sunt ecclesiae B. M. Virginis ac Sancti Stephani, quas Helena uxor regis Croatarum Cresimiri (Krešimir) Michaelis, ut Archidiaconus Spalatensis Thomas commemorat, aedificaverat, quaeque sepulcra regalia continabant. Franciscus Bulić anno 1898. ecclesiam s. Mariae et in ea sepulcralem inscriptionem fundatrixis Helenae reperit. Laurentius Katić documentum de ambabus ecclesiis ex anno 1379. in archivio episcopali spalatensi inveniens (anno 1929.) locum ecclesiae s. Stephani demonstravit, quod etiam anno 1930. eventus effosionum probavit.

Tertia ecclesia iuxta flumen est Sancti Petri et Moysis, quamque per idem documentum Katić ubifecit. Haec erat stylo romanico supra fundamenta veteris christiana basilicae extracta, in eaque rex Croatarum Zvonimir anno 1076. ab apocrisariis papae Gregorii VII. per ensem, scetrum et coronam rex Croatarum constitutus est.

Adhuc extant ruinae ecclesiae in »Gradina« (veteri castello) saeculi XI, quam ob specialem eius formam (simul basilicalem et centralem) historici scriptores (Strzygowski, Karaman) enixe perlustrabant.

Villam regalem auctor in fluminis insula, vulgo »Dvorine« votata (quod rudera villa audit) quaerendas esse putat.

Haec omnia aedicia in orientali parte antiquae civitatis posita erat, in occidentali autem ecclesiam S. Michaelis circa annum 1000. costructam fuisse documenta demonstrant et quia erat prope Amphiteatrum sita, »de Arena« nominata est.

Non longe ab isto loco noviter sepulchra ex IV usque ad XV saeculum ab auctore reperta, longum spatium temporis in usu fuisse et varios cultus mores ostentant.

Saeculis XII—XVI Salona decidit de priori statu, sed tamen remansit locus, ubi magnates Croatarum saepe ad negotia pertractanda et agenda conveniebant. Maximi pretii molendina salonitana pro nutrimentis populi vicini, speciatim Spalati, erant. Plures domus molendinorum super flumen extractae ex illo antiquo tempore usque ad hunc diem reperiuntur.

Tempore invasionum Turcarum saeculo XVI Salona multas calamitates et devastationes passa finaliter desolata est, quia per eam exercitus triusque partis transibant. Clissaque, arx, quae in monte ei superimminet, saepe incursus inimicos patiebatur. Castellum »Gradina«, quod ex illis bellis originem trahit, adhuc in planicie ruris extat, testimonium heroicae mortis Petri Kružić, qui ultimum bellum sub hoc castello cum Turcis inierat et capitis periculum adiuit. De his proeliis nationales croatici cantus tractant.

Turcae olim antiquam Salonam readificatur erant propter pulchrum et opportunum portum, quem suo comercio aptare volebant.

Turcis ex Clissa expulsis (1545) Salona paulatim novae vitae initia sensit. Nova genera Croatarum, quae ex partibus ultramontanis transmigrarunt, statim rusticas arter exercebant, pecuda, arva ac vineas collebant. Iniuria temporum, propter pericula Turcarum rusticus curtes (Dvori) muniebant, ex quibus aliquae remanent, exemplaria aedificiorum saeculi XVII prae se ferentes, sicut etiam »Altanae« pro aliquibus dominibus videntur. Moderna Salona, valde antiquae dissimilis, hodie centrum industriae est. Omnibus temporibus Salona progressum rerum ostendebat, quod est sui situs effectus, iuxta flumen, prope mare in planicie et sub unico transitu a littore maris et maritimis civitatibus per Clissam in terram transmontanam.

Duško Kečkemet: **La sculpture figurale du clocher roman de la cathédrale de Split.**

Le clocher de la cathédrale de Split, érigé aux XIII<sup>e</sup> et XIV<sup>e</sup> siècles, achevé au XVe siècle et restauré à fond à la fin du XIX<sup>e</sup> siècle, représente une œuvre typique du style de transition romano-gothique, tant par son architecture que par sa riche sculpture architecturale et figurale.

Les œuvres les plus précieuses sont murées au premier étage du clocher. Elles dénoncent, sans aucun doute, les mains de deux maîtres.

Les lions et les groupes d'hommes au-dessus d'eux, devant la seule entrée, puis le relief de l'Annonciation et de la Nativité étaient sculptés par le même sculpteur qui collaborait en même temps avec le maître Radovan sur le fameux portail de la voisine ville de Trogir. Il n'est ni un de ses disciples ni un de ses imitateurs mais un tout mûr artiste et de qualité qui en beaucoup surpassé le même Radovan, surtout par le façonnement de la draperie, par le goût subtil, quasi gothique et un sens développé de la décoration.

Le relief représentant St. Pierre, St. Domnius et St. Eustache, les deux figures sculptées sur le chapiteau romain, qui probablement représentent la rencontre de Marie et d'Elisabeth, le relief sur la pierre finale sous la voûte du clocher et l'arc avec des chasseurs